



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philomathi Mvsae Ivveniles

Alexander <VII., Papst>

Coloniae Vbiorum [i. e. Amsterdam?], 1645

LVII. Comiti Waltero Zapatae, Regis Catholici Plenipotentiario Ad Tractatvs
Pacis Generalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12750

LVII.

COMITI WALTERO ZAPATÆ,
REGIS CATHOLICI PLENIPOTEN-
TIARIO AD TRACTATVS PACIS GENERALIS.

Cum ab eo elegantia carmina accepisset Auctor,
quibus soteria præveniebat; quamquam, gravi-
ter decumbens, ne caput quidem elevaret, à me-
dicis impetrata facultate, sequētibus respondit,

HÆc ægrotantis languentia carmina ab ore
Dictata excipies, qua suetus, fronte serena
Walter, docte Comes, magnis par rebus agendis.
Quos Graia Latiaque tibi spirante Camœna
Misisti versus, præstantis pignus amoris,
Excepi, multumque hilaris persæpe relegi.
Par erat, æquales nitido pro munere, saltem
Aut non indignas, grates mea musa referret.
Verum, post sœcum corpus, febrisque dolores
Immodicos, capit is cruciatus, flamina ventris,
Inde frequens alvi curatio, sœtio venæ,
Et vicitus modicus, simplex & potus aquarum,
Atque quaterdenis jam jam jacuisse diebus,
Visque adeo tenues privarunt viribus artus,
Vt vix ingenio speculari, vix meminisse,
Vixque loqui valeam quidquam: quin cura medentum
Hactenus alloquia & vultus proscriptis amicos;
Quæ tandem indulxit, brevibusque rependere tantis
Officiis isthæc, permisit: queis tibi dignas
Vt referam, æternas asservo in pectore grates.

G 3 LVIII. AD